

PRÆFATIO AD LECTOREM.

propterea Medicis fore utilem: cum enim ut vulgatum fert adagium rectum sit regula sui, & obliqui, ex cognitis sani sanguinis dotibus, ac naturâ, facili quæ compendio, nulloque pene negotio, quod opposita juxta posita magis elucescant, atque eadem sit contrariorum scientia, sanguinis vitiatæ affectiones didicerit: quot autem, & quàm utilem, & quàm abstrusarum rerum mysteria hic Chymicis tractatus aperiat, in patulo est: Philosophis quoque omnibus, deditisque speculationi ingenis, facundam ingenium voluminum segetem hoc opus ministrat: quod proinde vel hoc nomine maximi ab omnibus fieri debet: quot enim & quàm varia suggeruntur in eo capita, quibus ad pleniorē adhuc Humani Sanguinis Historiam facilis sternitur via: quàm verò nova & quàm scitu digna de nobilissima sanguinis parte, Spiritu inquam, quarta hujus tractatus pars Læloris oculis subiecit!

Quod autem ad ipsa, quæ habes hic, experimenta spectat, sat dixisse superque fuerit, esse Boyleana ut de indubitata eorum certitudine omnibus omnino constet, qui celebre Boylei nomen audiverunt; quia enim nihil publici cum juris facere quod severè prius experientia trutinâ non fuerit examinatum, omnibus jam ubique per Europam innotuit, Boyleana non pauci experientia, tacito, non levi ingrati animi notâ, authoris nomine in lucubrations suas transcriperunt, eo haud dubiè consilio, ut nomen sibi, famamque conciliarent, dum plurima quæ ob tanti Viri testimonium veritati summè esse conformia probè videntur, ut laboris ingenique sui partem in medium adducunt. Imitari profectò potius ejusmodi alienorum operum fures deceret æquissimum omnibus Boyleum, qui ne verbum quidem ex quoquam, tacito authoris nomine, atque nisi factis etiam honorifica ejusdem mentione, mutuatur unquam. Sed ut scioloſ hosce pluribus perfringere supersedeam, de ipso traductionis modo methodoque pauca dicam & paucis.

Cum prima virius orationis perspicuitas sit, eam peculiari ubique studio scelatus sum, ac nî fallor, etiam assecutus, verba authoris sensimque, quod utrumque sinceri Traductoris munus est quantum latine orationis contextus patereur, expressi: temperatum ubique dicendi genus, ut propositio aptissimum argumento retinui; vocabulâque adhibui licet non ubique Tulliana, neque enim solus omnia Tullius habet, artis tamen propria, & quibus si viveret adhuc, simili in argumento Tullius ipse haud dubiè uteretur. Ut cum nova plurima atas hæc, si que unquam alia, sanè sagacissima, adinvenit, ita quoque novas rebus novis exprimendis cudi voces necesse fuit: Sed ne diuturniorem tibi fore festinantè iniciam moram, Vale, nostrumque in promovendo hoc publico bono, qualemcumque conatum æqui bonique consule.